

4905 d. s.¹ | Saturno² | ex vot. | Cl. Victorinus | sig.³ cum base | pro sal. sua | s.⁴ omn. l. l. m.

Prope Tridentum rep. (V 5024 vidit Mommsen). — 1) Deo sancto. — 2) Col-lato titulo eo qui praecedat apparet Saturni nomine hic et in aliis titulis Alpinis et Subalpinis (supra N. 3528 cum not. V 3916. 5024 cet.) intellegi numen quoddam epichorium. De sacrario huius Saturni, quod fuit in valle Anauna prope Cles, ad quod pertinuerunt tituli V 3067—3069, egit Campi arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 16, 1893 p. 74. — 3) Signum. — 4) Suorumque.

Leges templorum.

4906 L. Aienus L. f., Q. Baebatius Sex. f. aedem dedicarunt | (2) Iovis Liberi¹ Furfone a. d. III idus Quinctileis L. Pisone A. Gabinio cos.², mense Flusare³ | (3) comulateis⁴ olleis legibus illeis regionibus, utei extremae undae quae⁵ lapide | (4) facta hoiisque aedis ergo utei que ad eam aede scalasque lapide st[r]uctuendo⁶ | (5) columnae stant citra scalas ad aedem versus, stipitesque aedis hu[i]us⁷ tabula-(6)menta que. Utei tangere sarcire tegere devehere defigere mandare⁸ ferro oeti⁹ | (7) promovere referre¹⁰ fasque esto. Sei quod ad eam aedem donum datum donatum¹¹ dedicatum-(8) que erit, utei liceat oeti venum dare¹¹; ubi venum datum erit, id profanum esto. Venditio | (9) locatio aedilis esto quem quomque veicus Furfens. fecerit, quod se senti[a]t¹² eam rem | (10) sine scelere sine piaculo¹³, alis ne potesto. Quae pecunia recepta erit, ea pecunia emere | (11) conducere locare dare, quo id templum melius honestius seit, liceto. Quae pecunia ad eas | (12) res data erit, profana esto, quod d. m.¹⁴ non erit factum. Quod emptum erit aere aut argento | (13) ea pecunia, quae pecunia ad id templum¹⁵ data erit quod emptum erit, eis rebus eadem | (14) lex esto, quae sei dedicatum sit. Sei qui heic sacrum surupuerit, aedilis multatio esto, | (15) quanti volet. Idque veicus Furf. m.¹⁶ pars fifelares¹⁷ sei apsolvere volent sive condemnare, | (16) liceto. Sei quei ad huc¹⁸ templum rem deivnam fecerit Iovi Libero aut Iovis genio, pelleis | (17) coria fanei sunt.

Prope S. Mariae de Furfona rep., ubi fuit Furfo vicus Sabinorum, nunc Aquilae (I 605. IX 3513. Ritschl tab. LXXXII). Egit de hoc titulo Iordan krit. Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache p. 251 seq. — 1) De Iove Libero cf. supra N. 3065. — 2) A. u. c. 696. — 3) Mense Florali (mensis ex Sabellica consuetudine in sacris retentus). — 4) Sic (sed cum puncto inter comula et teis) lapis; non intellegitur. — 5) Requiritur ut videtur utei extrema fundamenta sunt (cf. supra N. 442 inscr. lateris: uti infimum solum huiusque arae titulumque est), 6) structas struendas(?). — 7) humus lapis. — 8) Vocabulum sine dubio corruptum. — 9) Ferro in re sacra uti non licuisse notum est. — 10) Inserendum videtur liceat. — 11) Cf. infra N. 4910. — 12) sentiunt lapis. — 13) Scilicet: vendere locare (quod fortasse excidit in lapide). — 14) Dolo malo. — 15) Videtur requiri emendum (O. Iahn). — 16) Maior. — 17) Vocabulum corruptum (principium fortasse manu recenti in lapide scriptum). — 18) Scr. hoc.